

persona designanda scinduntur, aliis Sp. S. aliis ipsum λόγον subin-  
 dicari persuasis. Priorem sententiam præ aliis *Maldonatus* in suo  
 Comm. propugnat, eamque *Euthymio* tribuit; nec desunt ex  
 nostratibus Theologis, qui eam foveant; exempli loco suffi-  
 ciat *B. Hülfemannus* in *Vindiciis Script.* S. p. 299. & in *Brev.*  
 à Scherz. enucleato p. 362. Et negari nequit, huic opinioni ex  
 aliis quoque ll. quandam speciem conciliari posse. Nam Scr.  
 S. tam voce *δυναμεις* Luc. XXIV, 49. coll. Joh. XV, 26. &  
 Act. I, 4 & 8. Sp. S. denotare, quam eidem etiam *ἐπισκισμὸν* Matt.  
 XVII, 5. Marc. IX, 7. Luc. IX, 34. juxta Interpretation. nonnullo-  
 rum assignare videtur. Nec quoque diffitemur eam ita explicari  
 posse, ut fidei analogiæ haud repugnet. Interim tamen nos  
 posteriori potius, cum *præcipuis* ex antiquitate *PP.* & *re-*  
*centioribus etiam Theologis*, malumus adstipulare; & locum  
 de Christo, secunda divinitatis persona, accipere, qui expres-  
 sis verbis 1. Cor. I, 24. Θεὸς δὴ δυναμεις dicitur; cum de Spir. S. in ll.  
 allegatis non ita certum sit, ipsius personam, non vero dona  
 ab eo superveniente collata intelligenda esse per ipsam vocem δὴ-  
*ναμεις*. Evitatur insuper hoc modo *ταυτολογία*, qua in secundo  
 hoc enunciato idem repeteretur, quod in priori jam dictum fue-  
 rat. Licet enim non prorsus inanis foret: non tamen in tam  
 concisa declaratione adeo necessaria esset, nec tantum lucis af-  
 ferret, quantum affert propositio de ipso λόγῳ accepta. Exposue-  
 rat enim Angelus jam antea superventum Sp. S. qui non poterat  
 otiosus credi, sed efficacissimus; ejusque modum quodammo-  
 do è substrata colligere materia licebat, ut supra ostendimus.  
 Unde non tam hanc *ἐπέλευσιν* ulterius declarare, quam unio-  
 nem personalem, & λόγῳ cum H. N. conjunctionem intimam  
 exponere opus erat, ad deducendam inde, quam angelus para-  
 bat, conclusionem: quod τὸ γεννώμενον ἅγιον κληθήσεται υἱὸς Θεοῦ.  
 Nam, nisi præsupposita hac unione, non sequetur ea appellatio  
 filii Dei, quam hic indigitari infra monstrabitur; quo B. L.  
 remittimus. Unde nobis certum manet, δὴναμιν τῆ ὑψίσε *fi-*  
*lium Dei Patris* hic esse. Qui quare δὴναμεις potissimum h. l.  
 vocetur, eadem haud dubie causa est, ob quam & DEus Pater  
 ὑψίσε dicitur; ut nimirum mens tam mirandam unionem  
 comprehendere non valens in fide confirmetur, deducta ad

B

infi-